

fecit et aliud disticon ad culicem [*culex* 413/14]:

parva (*sic*) culex pecudum custos tibi tale merenti  
funeris officium pro vitae numere reddit'. 25

scripsit et bucolicum ad similitudinem Teocriti creci poetae,  
georgicon ad similitudinem Esiodi, Aeneida ad similitudi-  
nem Omeri. cum igitur bellum civile inter Octavianum et  
Antonium ortum fuisset, Cremonenses partibus Antonii fave-  
runt. sed Octavianus potitus victoria Antonium interfecit 30  
et agros Cremonensium suis militibus distribuit et cum non  
sufficerent, addidit eis agros Mantuanorum, non quod illi  
peccassent, sed quia vicini erant Cremonensibus. inde idem  
Virgilius [*bucol.* IX, 28]: 'Mantua ve miserae nimium vi-  
cina Cremonae'. inter quos et Virgilius perdidit suos agros 35  
et ob istam causam abiit Romam atque adiutorio Pollionis  
et Mecenate, qui erant tunc clarissimi consules, non solum  
agros recipere meruit, sed et familiaritatem Octaviani ob-  
tinuit. admonente vero Pollione scripsit bucolicam in tribus  
annis et emendavit. et ortante Mecenate scripsit georgicam 40  
in septem annis et emendavit. praecipiente vero Octaviano  
scripsit Aeneidam in undecim annis, sed non emendavit.  
unde ipse moriens praecepit, ut totus incenderetur liber. sed  
Octavianus tantum opus non paciens perdere praecepit, ut  
Tuca et Varro, qui erant tunc nobilissimi poetae, tali emen- 45  
datione emendarent, ut superflua quaeque auferrent et de  
suo nihil adderent. unde et dimidii versus ibi inveniuntur.

titulus operis est bucolicum carmen et dicitur apo tubu-  
con (*sic*) id est a cura boum vel a custodia quia, quamvis  
ibi poeta de aliis loquitur animalibus, tamen a bubus nomi- 50  
navit suum carmen, quia boves apud rusticos praecipua sunt  
animalia.

qualitas carminis. tres sunt characteres: humilis, medio-